Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Glorificatvm a patre filivm scd'm forma serui quam pat' susceptam ut amortuus. et ad suam dexterā collocaut. res ipsa indicat et nullus ambigit xpianus. Sed quo tamen dicit pat' clarifica filium tuum. s. addidit etiam ut filius tuus clarificet te. merito quippe quem patrem clarificauerit filius. cui semper una claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana. nec augeri potuerit in sua perfectione diuina. Sed in se ipsa claritas patris nec minui nec augeri potest. apud homines autem peculdubio minor erat quando in iudea tantum ds notus erat. indu a solis ortu usque ad occasum laudabant pueri nomen dni. Hoc autem qa peu anglm xpi factum est ut per filium pat innotesceret gentib. profecto patrem clarificauit et filius. Si autem tantum modo mortuus fuisset filius nec resurrexisset. peculdubio nec a patre clarificatus esset nec patrem clarificasset. Nec autem resurrectione clarificatus a patre. resurrectionis suae predicatione clarificat patrem. Hoc quippe apte ordo ipse uerborum. Clarifica inquit filium tuum. ut filius tuus clarificet te. Tanquam diceret. Resuscita me. ut innotescas toto orbe pme. Deinde magis magisque pandens quomodo clarificet patrem filius. sicut dedisti inquit ei potestatem omnis carnis. ut omne quod dedisti ei. det eis uitam eternam. Omnem carnem dicit omnem hominem. a parte totum significans. quemadmodum rursus a parte superiore significat esse hominem totum ubi ait apls. Omnis anima potestatib sublimioribus subdita sit. Quid enim dicit omnis anima. nisi omnis homo. Hoc autem quod potestas xpo a patre data est omnis carnis. secdm hominem intelligendum est. Ha secdm dnm omnia per ipsum facta sunt. In ipso edita sunt omnia in celo et in terra. uisibilia et inuisibilia. Sicut ergo dedisti ei potestatem inquit omnis carnis. ita te glorificet filius. idem notum te faciat omni carni quam dedisti ei. Sic enim dedisti. ut omne quod dedisti ei det eis uitam eternam. Hec est autem uita eterna inquit. ut cognoscant te solum dnm uerum. et quem misisti ihm xpm. Ordo uerborum est. ut te et quem misisti ihm xpm cognoscant solum uerum dnm. Consequenter enim et spes sese intelligit. quae spes est patris et filii tanquam substantialis et esse substantialis ambo. quo non duo dii pat et filius. nec tres dii pat et filius et spes sese. s. ipsa trinitas unus est solus uerus ds. nec idem tam pat quam filius. nec idem filius quam pat. nec idem spes sese quam pat aut filius. quo tres s. pat et filius et spes sese. h. ipsa trinitas unus est ds. Sic ergo eum te glorificat filius. sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. et sic dedisti ut omne quod dedisti ei det eis uitam eternam. et hec est uita eterna ut cognoscant te. sicut te ergo filius glorificat. ut omnib quos dedisti ei te cognitum faciat. Porro si cognicio dei est uita eterna. tanto magis uiuere tendimus quanto magis in hac cognitione proficimus. Hec autem mortem in uita eterna. Tunc ergo dei cognitio perfecta erit. quando nulla mors erit. summa tunc dei